



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 84. Cervantes Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

§. LXXXIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1576.*Regis Coccini Legatio ad Papam.*

Insuper Coccini Rex in peninsula citra Gangem commorans hoc anno ad summum Pontificem literas dedit, quibus ejus benevolentiam exorans sacræ Sedi suum obsequium testatum reddebat. Hic Princeps, quamvis infidelis, legatum tamen destinabat, qui hæc literas deferret, cum autem hic morbo Ulyssipone corripere, ac iter suum prosequi haud amplius posset, alia usus occasione Regis sui epistolam transmittit ad Pontificem, qui huic Principi respondens eundem ad abjiciendos paganæ superstitionis errores, atque ad veritatem evangelicam amplectendam hortabatur, eidemque in memoriam revocabat veteres suos subditos, qui olim a sancto Thoma Apostolo ad fidem Catholicam conversi fuerant: præterea illum rogabat Pontifex, ut Catholicos, qui in ejus Regno degunt, suo patrocinio fovere velit.

Ciacon. p. 13.
Spond. n. 17.

§. LXXXIV.

Cervantes Cardinalis mortuus.

Mense Novembri ejusdem anni Gregorius XIII. Romana purpura decorabat Andream Ferdinandi Austriæ Archiducis Filium, Ferdinandi Cæsaris,

Ciacon. vit.
Pontif. t. 3.
pag. 1040.
Aubery hist.
des Cardin.

ris,

Sæcul. XVI. ris, qui Caroli V. frater erat, Nepo-
 A.C. 1576. tem, nonnisi octodecim circiter annos

*Miræus de
 Script. Eccl.
 Sæcul. XVI.*

natum, isque in sacro Purpuratorum Collegio subrogabatur Casparo Cervantes Hispano ex Placentina Diæcesi, quæ Compostellano Archiepiscopatu subiecta est. Casparus cum tam sacræ, quam profanæ jurisprudentiæ, ac Theologiæ scientia sese celebrem redderet, atque sua eruditione, & eloquentia in Concilio Tridentino ingens sibi nomen compararet, ex generali Hispalensis Archiepiscopi Vicario sub Pio IV. ad supremi Inquisitoris munus, & dein ad Massanensem in Sicilia Archiepiscopatum, atque ad Salernitanam, & Tarraconensem Sedem anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo octavo evectus est: postea Romam venit coram Pio V. Papa Bartholomæi Carranzæ Toletani Archiepiscopi causam defensurus, ubi ab eodem Pontifice, dum Cardinales creabat, ad Philippi II. Hispaniæ Regis preces Mense Majo anno post Christum natum millesimo quingentesimo septuagesimo Purpuratorum Collegio adscriptus, nuncupatusque fuit Cardinalis titulo sancti Martini ad Montes, quo tamen dimisso titulum sanctæ Balbinæ optabat. Biennio post Legatus in Hispaniam ad eundem Philippum decretus cum eo de
 maxi-

maximi momenti negotiis egit, cum-
 que tribus omnino annis in hoc regno
 commoratus esset, Tarraconæ feria se-
 cunda die decima quarta Mensis Au-
 gusti anno ætatis suæ sexagesimo quarto
 obiit, sepultusque jacet in Ecclesia Ca-
 thedrali. Hic idem ante mortem suam
 Tarraconensi Universitati potissimam
 suorum bonorum partem legabat, ut
 exinde ampliora Professoribus stipen-
 dia assignarentur, ac scientiæ cum ma-
 jori solertia foverentur: insuper ibidem
 seminarium erexit, cumque Jesuitis
 plurimum addictus esset, eisdem quo-
 que pro Novitiis Domum construere fe-
 cit: de cetero dum Salernitanus elige-
 batur Archiepiscopus, ibidem pro con-
 firmandis Tridentini Concilii decretis
 Synodum celebravit, cujus acta paulo-
 post Romanis literis excusa prodire:
 præterea pro juvenibus Clericis, qui
 in Ecclesia Cathedrali Altaris ministe-
 rio deputarentur, novum Seminarium
 erexit,

Sæcul. XVI.
 A.C. 1576

§. LXXXV.

*Bartholomæi Caranzæ Toletani Ar-
 chiepiscopi obitus.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc
 anno Salutis nostræ millesimo quin-
 gentesimo septuagesimo sexto obiit,
 primus occurrit Bartholomæus Caranza
 in *vita Ca-
 ranzæ, Barth.*

*Nicol. Ant.
 Bibl. Script.
 Petr. Salaz.
 de Mendoza*

Hist. Eccles. Tom. XLIX, Bb ex